Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nichil enim neq: meum est · neq: ciuiusq ·
quod auferri · quod eripi · quod amitti po
test Si michi eripuisses diuinam animi
mei constantiam · meas curas · meas uigi
lias · consilia · si modo rem · p · si huiusce
modi eterni beneficij · etiam immortalem
memoriam deleuisses · multo etiam ma
gis si illam mentem unde hec consilia
emanarunt michi eripuisses · tunc ego
accepisse me iniuriam confiterer · Sed
si hec non fecisti nec facere potuisti re
ditum michi gloriosum tua dedit iniu
ria · non exitium calamitosum · Ergo ego
semper ciuis & tunc maxime eram cum
meam salutem Senatus exteris naciom
bus ut ciuis optimi commendabat · Tu
ne nunc quidem es ciuis · nisi forte ide
hostis esse & ciuis potest · an tu ciuem
ab hoste natura · an loco · an animis
factisq: distinguis ? cedem in foro feci
ti armatis latronibus templa tenuisti

priuatorum